... unum ... helye

... hic ...

... um ... helye ...

... num ... Evovae.

... eius ...

Os ... [illegible]

... [illegible] ...

... ius mag ...

ut comedam et benedicat tibi anima

mea. V. Surge venare aliquid

[illegible] fac mihi inde pulmentum

ut comedam ... Et benedicat. **Lectio ii**

Iam tempus pariendi venerat et ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui prius egressus est rufus erat totus in more pellis hyspidus. Vocatum est nomen eius esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, et idcirco appellavit eum Iacob. Sexagenarius erat ysaac quando nati sunt ...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495998-p0001-4

Hierin die letzten 3 Drucke =

(= 44) 1) Sacrobusto, Johannes de

Sphaericum opusculum.

[Leipzig: Drucker des Capotius, 1485–148?]

Hain: * 14 115

BMC. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maffeus (nicht: Vitruvius!)

De veritate et philalethe

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Vor 1494 ?

Hain * 15929, BMC III S. 632

BMC III, S. 623

3. Tibullus Albius:

Elegia de amore et laudibus Messalae

(= 46) Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach 1487

Ec. 8

EPICEDION HONESTÆ ET PIÆ MATRONÆ, AFFRÆ VVVRMIN,

CONIVGIS VIRI REVERENDI ET DOCTI, DOMI-
NI M. ALBERTI HARTTVNGI, CANONICI CA-
pitularis Collegij Gumpertini apud Onoltzbacen-
ſes, quæ ſuam in terris vitam ibidem piè
finijt, Anno Domini 1562.
4. Idus Iunij &c.
ſcriptum
à

Iohanne Baptiſta Lechelio
Onoltzbacenſi.

15 63.

Vitebergæ excudebat Gabriel Schnellboltz.

38

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495998-p0003-5

EPICEDION.

ERgò etiam ſunt AFFRA meo tua funera verſu
　　Deploranda, viro ſic cupiente tuo,
Qui tibi defunctæ virtutem propter, & omnem
　　Officij cultum, debita iuſta parat.
Eſt pietas hæc digna tuo cenſenda marito,
　　Eſt etiam meritis gratia digna tuis.
Muſa faue, tenuiq́; tuas in carmine vires
　　Suffice, propitio numine Muſa faue,
Vt præſtes, quod difficilis mihi vena negabit,
　　Et minus offendat quod placuiſſe nequit.
Eſt vrbs, antiquum cui Guntzenhuſia nomen,
　　Quæ iacet ad ripas Altmyla note tuas,
Hanc ſcribunt Comites quondam tenuiſſe vetuſtos,
　　Quos tulit Oetingæ clara propago domus.
Seckendorffiacæ ſed ab his eſt vendita ſtirpis
　　Nobilibus, certi ponderis ære, viris.
Inter quos auratus Eques Noſocomion illic
　　Burckhardus ſtruxit pro pietate ſua,
Atq́; hoc præclaris etiam prouentibus auxit,
　　Hoſpitium miſeris poſſet vt eſſe viris.
Quodq́; negant Proceres nunc multi, nobilis vnus
　　Præſtitit, ergò ſuæ præmia laudis habet.
Huius poſteritas FRIDERICO vendidit vrbem
　　Hanc quoq́; Burggrauio Noricaberga tuo.

Inde

Inde eſt, ſubiectam quòd Marchio clare GEORGI
Brandēburgenſis nunc FRIDERICE tenes.
Ciuis in hac fuit vrbe pater celeberrimus AFFRÆ,
VERMIS ab antiquo ſtemmate nomen habens.
Vir pius atq; grauis, quo uix in finibus illis
Integritate ſua notior vllus erat.
Quem, motus celebri virtutis laude, videtur
Redditibus Princeps præpoſuiſſe ſuis.
Hoc is in officio iuſtus fuit atq; fidelis,
Et ſibi ſubiectis vt pater ipſe fuit.
Comprobat id patriæ ſummus dolor, vltima fata
Dilectum cunctis cum rapuêre virum.
Nec minus huic coniunx ſimilis virtute marito
BARBARA contigerat, ſic moderante DEO.
Illa ſuperſtes adhuc vitali paſcitur aura,
Et genus à veteri prodita ſtirpe trahit.
Fœmina qua pia vix magis eſt, vel amantior vlla
Numinis, & cuius crimine fama vacat.
Munificam quæ propter opem, quam præſtat egenis,
Cara ſuis ſemper ciuibus eſſe ſolet.
Quam tanquàm commune bonum ſupereſſe volentes,
Quisq;, ſit vt vita huic proſpera, vota facit.
Talibus orta fuit defuncta parentibus AFFRA,
Diſsimilis patrÿs nec fuit ipſa bonis.
Nam veræ pietatis amor per vtrunq; parentem
Traditus huic tenero cum quaſi lacte fuit,

 Qui

Qui pòſt ſuccreuit veluti radicibus actis,
Et de ſe frugum præbuit omne genus.
Vnde verecundis tranſegit moribus æuum,
Et caſto caſtas fudit ab ore preces.
Sic etiam uixit ſubiecta parentibus omnj
Obſequio, & fecit quæ placuêre, ſuis.
Donec conſilijs HARTTVNGO iuncta parentum,
Legitimi ſubijt fœdera caſta torj.
Digna viro tali, vir tali coniuge dignus,
Vtraq; pars etiam ſtemmate digna ſuo.
Stirpis at HARTTVNGÆ laudes ſi dicere vellē,
Materies vires vinceret illa meas.
Hac namq; in terris vix eſt antiquior illis,
Et tot præſtantes vix tulit vlla viros,
Maxima pars quorum re corporibusq; ſecuta eſt
Marchiadum ſumma laude fideq; domum.
Nota referre mihi liceat: præconia laudum
Si modò virtuti reddere digna licet.
Vir fuit excellens HIERONYMVS omnibus illis
Laudibus, in tali quas decet eſſe viro,
Quæſtorem Princeps quem cum rationibus addit,
Scit ſua ſe tuto compoſuiſſe loco.
Difficile id geſsit munus compluribus annis
Eximia fidei non ſine laude ſuæ.
Hunc Deus ornauit ſex natis, nomina quorum
Iudico præcipuè digna per aſtra vehj.

Nam

Vt plerunq́; dolet magis id, cruciatibus vrget
Quod noſtros, quàm ſi nos mala tanta premant.
Tam fidam uitæ ſociam, ſociamq́; malorum
Fata viro celeri præripuêre manu.
Nam perit hæc, totos nondum bis quattuor annos
Coniugij poſſent cum numerare ſuj.
Eripiturq́; viro tunc, cum vel maximus vſus
Ægroto poſſet coniugis eſſe ſuæ.
Nunc oculis vultuq́; tuo caret AFFRA, tuamq́;
Æger opem, fidas expetit atq́; manus.
Tu vita meliore quidem nunc viuis, at ipſe
In terris miſerum te ſine tempus agit.
Vita DEO ſed dante venit, repetita ſequatur
Autorem, proprium qui ſibi poſcit opus.
Non igitur moriens ſic AFFRA receßit in auras,
Liquerit vt ſenſus mens generoſa ſuos,
Summa ſed acceßit cæleſtis limina regnj,
Lætaq́; perpetuæ tempora pacis agit.
Cum ſanctis gaudet matronis atq́; puellis,
Cumq́; ſuo veteres iam patre cernit auos.
Exempta humanis odijs, & libera morbis,
Secula nec metuens plena futura malis.
Mitiget hæc ſpes certa tuos Harttunge dolores,
Inuideas AFFRÆ nec bona tanta tuæ.
Tempus erit, vitam cum ſumma luce reſumens,
Rurſus in amplexus eſt ruitura tuos.

Ac tecum æternæ traducet tempora vitæ,
Surget & in laudes officioſa DEI.
Quicquid at interea reſtat tibi fortè malorum,
Id committe DEO, qui feret vnus opem.
Sic tibi difficilis minuentur tædia vitæ,
Sic mala quæq; feres auxiliante DEO.

FINIS.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

HVic dedit ALBERTVS defunctæ coniugis oſſa
HARTTVNGVS tumulo: ſpiritꝰ aſtra tenet,
Cui pietas ſuperis caroq; probata marito
Semper erat, turpi vitaq; labe carens.
Ergò, quod potuit, iuſto vir motus amore,
AFFRA, tuo cineri dona ſuprema dedit.
TV CœLI IntVItV DVLCI ſVperIſqVe potIta
SeDIbVs, In ChrIſtI tVta qVIeſCe ſInV.

EPITAPHIVM VIRI CELEBERrimi & optimi, Hieronymi Harttungi ſenioris, Illuſtriſs. Principum Marchionum Brandēburgenſium &c. Friderici patris, & Caſimiri ac Georgij fratrum, Conſiliarij & Quæſtoris, qui obijt Onoltzbachij, Anno Domini 1539. 7. Idus Maij.

Autore

VINCENTIO OBSOPOEO.

HAc iacet HARTTVNGI fragili cinis abditus vrna,
Cui fuit à nulla parte ſiniſtra fides.
Namq́ habitans terram, ſummo viuebat Olympo,
Quippe hic & terras & coluit ſuperos.
Tandem autem vt natos cumq́ illis ſerò nepotes
Vidiſſet, generis ſemina certa ſuj:
Tum placuit terris longum dixiſſe Valere,
Nec niſi cœleſtes pòſt habitare plagas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495998-p0009-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495998-p0010-4

Fa 1588, 8°
Ink.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495998-p0011-9

...tum p...
...
...orare ...
...uli. Que au...
...r quod venisse
...serere ...
...gentes in ...
...gremio tuo
...ent. ... maior
...
...phare...
...
...atione tua

...quem ... domi...
...nem ... faciat de us ... sicut ...
...mam ... donet tibi de rore celi
...benedicti... onem. Quam ...
...dixerit tibi sit ille maledictus ...
benedixerit tibi benedictionibus repleatur
Dixit autem
primogenitum ... Iacob ...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495998-p0012-5

EDION

TÆ ET PIÆ

FFRÆ VVVRMIN,

ERENDI ET DOCTI, DOMI-

TTVNGI, CANONICI CA-

bertini apud Onoltzbacen-

rris vitam ibidem piè

Domini 1562.

s Iunij &c.

iptum

à

tiſta Lechelio

bacenſi.

63.

t Gabriel Schnellboltz.

38